

N. 22.

A. D. 1275.

(16 dicembre, Indiz. III).

<i>Data di luogo</i>	Monopoli.
<i>Rogatario</i>	Angelo de Leone.
<i>Descrizione</i>	Gotica. La pergamena è in buono stato, manca solo un pezzo al lato sinistro in alto. 29 × 31.
<i>Contenuto</i>	Instrumento di permuta con cui mastro Ioanne, cittadino di Polignano, ma abitante in Monopoli, dà alla Abbadesa Isabella un vignale con olivi ed altri alberi in loco Cardari (tenimento di Polignano) e prende una terra sterile in luogo S. Eustasio dello stesso tenimento.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Quo deus in mundum venit de Virgine natus. Anno Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto. Regnante domino nostro Karolo dei gratia excellentissimo Rege Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue. Alme Urbis Senatore [Andegavie] Provincie et Forcalquerii comite et Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam ecclesiam vicario generali. Regni eius anno decimo, mense decembri sexto decimo die eiusdem tertia Indicione apud Monopolum. Ego magister Iohannes filius quondam magistri Tancredi civis Polimniani nunc commorantis Monopoli fateor quoniam conveni cum nobili muliere domina Ysabella dei gratia venerabili Abbatissa monasterii sancti Benedicti de Cupersano et conventu eiusdem monasterii ordinis cisterciensis. et per statutam inter me ex una parte et easdem dominam Ysabellam Abbatissam et conventum ex altera convenientiam in presencia domini Angeli de iudice, Stephani Regli Monopoli Iudicis, Angeli de Leone puplici eiusdem terre Notarii. Bisantij et Ursonis notariorum Iohannis de Gregorio Despo? et Iohannis filii Benedicti mercatoris civium Monopoli testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. In quos Iudicem Notarium et testes consensi tamquam in meos, cum scirem ex recta conscientia mea meos non esse, bona mea gratuita voluntate permutavi seu vicariavi et tradidi prefatis domine Abbatisse et conventui pro parte et nomine dicti monasterii earum recipientibus stante cum eis Iudice Iacobo de Monopolo earum et predicti monasterii advocate. quondam terram meam cultam que est vineale parietibus circumdatum existens in tenimento Polimniani in loco Cardari cum olivis termitibus alijsque arboribus in ea generis cuiuscunque hijs finibus circumgiratam, ab oriente est vineale siri Angeli de Poliniano, a meridie sunt olive predicti monasterii, ab occidente est petia de terra Elefanti de Iuliano de Polimniano et a septemtrione est petia terre que dicitur de Aprufico siri Silvestri de Alimentina et confinalium de Polimniano. Sicut est ipsa terra cum olivis et termitibus alijsque arboribus generis cuiuscumque existentibus infra eam cum omnibus infra se habentes et continentis cum alijs iuribus pertinentiis et utilitatibus suis cum trasitibus et exitibus suis

5

10

15

20

25

usque ad vias publicas. Tali modo ut de presenti in antea terra ipsa cum iam dictis omnibus in ea sit in ipsius monasterii potestate et dominio pleno iure habendi dominandi et possidendi et omnia inde ibique faciendi ut predictarum Abbatisse et conventus et ea-  
 rum in eodem monasterio succedentium fuerit voluntas sine mea et meorum heredum omniumque hominum contrarietate et requisitione. Et ad huius memoriam permutationis seu vicariationis et traditionis confirmationem et statim presentialiter coram predictis Iudice notario et testibus recepi a predictis domina Abbatissa et conventu quandam aliam terram sterilem et infructuosam quam idem monasterium habebat et possidebat in tenui-  
 mento Polimniani in loco Sancti Eustasii. pro ecclesia Sancti Benedicti de Polimniano eidem monasterio pertinente atque subiecta. Que quidem terra separata est in longingua ab aliis rebus dicti monasterii et dicte ecclesie Sancti Benedicti de Polimniano, a meridie extra parietem est vineale presbiteri Viti et presbiteri Maionis fratrum, ab occidente est vineale Beatricis uxoris magistri Iusti de Polimniano parentum meorum, et a septem-  
 trione est alia terra mea et predictorum Rutperti et Maionis. Sicut est terra ipsa cum arboribus pirorum in ea et aliis arboribus generis cuiuscumque existentibus intra terram cum omnibus aliis iuribus pertinentiis et utilitatibus suis cum omnibus intra se habitis et contentis cum trasitis et exitibus suis usque ad vias publicas. Quam quidem terram predicti loci Sancti Eustasii in dominio et potestate mea habeo et possideo. Unde voluntarie coram predictis Iudice, Notario et testibus ego predictus magister Ioannes predictis domine Abbatisse et conventui pro parte et nomine predicti monasterii recipientibus stante cum eis in predictis omnibus omnino et infrascriptis omnibus predictis Iudice Iacobo advocate earum vadim meque fideiussorem dedi sollempni stipulatione interposita. Ut semper ego et mei heredes in hac permutatione seu vicariatione et traditione predictis qualiter prelegitur maneamus et in nullo eas rumpere vel evacuare queramus, set defensores eis et earum monasterio predicto exinde fiamus ab omni humana persona. Contra quod si fecerimus demus eis et earum successitricibus quitquid promisimus in curte iusticie deinde vel repromiserint et que promissa sunt compleamus inviti districto me et meis heredibus qui eis et ipsarum succendentibus in dicto monasterio convenientiam dedi pignerare me et meos heredes per omnes res meas licitas et illicitas sine appellatione et calumpnia. Dum omnia fecerimus ut hoc brebe continet: Quod scripsit predictus Angelus de Leone publicus Monopolis Notarius qui predictis rogatus interfuit.

† Angelus Iudex monopolitanus.

† Urso notarius testatur.

60 † Johannes filius Gregorii de Cupersano testatur.

† Johannes Benedicti qui supra.